

Bamberg, Albert von
De Ravennate et Veneto
Aristophanis codicibus

PA
3879
B34

3879
hoc saturnalium postquam
erat.
Fridie Sal. Jan. - DCCLXV.

DE
RAVENNATE ET VENETO
ARISTOPHANIS CODICIBVS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPIORVM ORDINE
IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT •

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XXVII. MENSIS IVLII A. CIOCCCLXV.

PUBLICE DEFENDET

ALBERTVS DE BAMBERG
RVDOLPHOPOLITANVS.

A. 185.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT
RVDOLPHVS SCHOELL WIMARENSIS.
ERNESTVS SCHVLTZE GOTCHANVS.
FRIDERICVS MATZ LVBECKENSIS.

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGII
A. CIOCCCLXV.


PA
3879
B34

996765

GVNTHERO DE BAMBERG

PATRI OPTIMO

S.



Mirum est tanto poetae, quantus est Aristophanes, philologos adhuc adeo defuisse, ut neglecta prima artis criticae lege optimis codicibus uti quidem vellent, quae vero inter eos intercederet ratio quaerere omitterent. Quamquam fuerunt, qui huius quaestione necessitatem penitus persentirent, ipse, a quo nunc summos honores peto, philosophorum Bonnensium ordo ante hos paucos annos praemio proposito adulescentes in hac literarum universitate philologiae studiosos excitare studuit, ut quae ratio intercederet inter Ravennatem et Venetum Aristophanis codices investigarent; at frustra. Ego vero ex quo cognitis artis criticae legibus praeclaro poetae operam dare coepi, aegre desideravi firmum beneque dispositum fundamentum criticum. Sed fateor ad hanc quaestionem accedere diu me dubitavisse. Neque enim facile a me impetrare poteram, ut in librariorum peccatis recensendis tempus consumerem, et diu sperabam fore ut adparatu critico hac luce digno tandem aliquando edito etiam huius quaestione molestia et difficultas levaretur. Iam illud taedium posui, cenlationis vero Ravennatis et Veneti Bekkerianae pleniorum quam quae ex Dindorfii editione Oxoniensi parari poterat notitiam O. Iahnii liberalitati debeo, deteriorum autem codicum lectiones etsi in universum valde dolendum est non omnes notas esse, tamen ad rationem, quae inter optimos intercedat codices, definiendam eas sufficere intellexi, quae in Dindorfii omnium fabularum Oxoniensi, in eiusdem Equitum Pacis Ranarum Lipsiensibus, in Thierschii Pluti editione adnotatae sunt. Itaque constitui demum hanc rem gravissimam in iudicium vocare et sententiam meam cum hominibus doctis communicare.

G. Hermannus in praefatione Nubium editionis p. IX Venetum ita in plerisque rebus omnibus cum Ravennate consentire dicit, ut non videatur dubitari posse, quin ex eodem ambo fonte fluxerint. Quod num iure dixerit homo doctissimus videbimus. Tenendum vero est inde, quod Ravennas et Venetus interdum veram lectionem contra omnes alios codices tuerintur, nondum consequi eos ad eundem fontem referendos esse; vitiorum demum singularium communio signum erit communis originis.

Ordiamur ab E qui tib. s. Per pauca eaque admodum incerta communis utriusque codicis originis vestigia in hac fabula indagare potui. Nam quod Ravennas et Venetus contra omnes alios codices v. 89 ἀληθὲς pro ἀληθεῖς, v. 213 ποεῖς πόει pro ποιεῖς ποίει, v. 289 τὸν ρώτον pro τῷ ρώτον, v. 749 πυρῆι pro πυρὶ, v. 996 Αρροδοκιστί pro Αρροδοκηστί, v. 1388 δ' pro γ' scriptum exhibent, huic in creberrimis et lenissimis corruptelis consensui in hac quaestione nihil tribui potest. Unum tantum locum repperi, ubi maius discidium intercedit inter Ravennatem Venetumque et ceteros. v. 346 enim uterque codex exhibit:

ἀλλ' οἵσθ' ὅπερ πεπονθέαται μοι δοξεῖς; ὅπερ τὸ
πλῆθος,

ceteri:

ἀλλ' οἵσθ' δ' μοι πεπονθέαται δοξεῖς; ὅπερ τὸ
πλῆθος,

nisi quod Florentinus (Laurent 31, 15) Γ et ipse ὅπερ praebet, μοι vero omittit; quem codicem sciendum est omnino maxima ex parte ex Ravennate et Veneto compilatum esse¹⁾). In Ravennatis vero et Veneti lectione

1) Hoc ita esse non tam ex eis locis apparet. ubi Γ cum RV in vitiis consentit, quam ex eis, ubi unius lectionem recepit, alterius tamquam variam lectionem adscripsit. Sic Eq. 473 R. προσπέμπων, V. προσπεσθῶν, Γ προσπέμπων γρ. προσπεσθῶν, v. 902 R. πανηγύε, V. πόνηρε, Γ πανηγύε γρ. πόνηρε, Vesp. 1066 R. φύμην, V. γνώμην Γ

primum appareat, *μοι* ante *δοκεῖς* suum locum non habere; sed ne ὅπερ quidem, quod miror et Meinekio et Bergkio placuisse, ferri potest. Prorsus enim inaudita est et ipsa huius vocabuli natura exclusa ὅπερ relativi pronominis in interrogativi locum substitutio. Nec Meinekius nec Bergkius dubitavit Vesp. 796 ex Ravennate Veneto Florentino I' pro ὅρᾳς ὅσοντερ *κτλ.* reponere ὅρᾳς ὅσον *καὶ τοῦτο* δῆται *κερδαρεῖς* et Eq. 727 codicum scripturae οἵσπερ ὑβρίζομαι Elmsleii emendationem *οἴα περινθρίζομαι* praeferre¹⁾. Av. 437 vero σὺ δὲ *τούσδ'* ἐφ' οἵσπερ *τοῖς λόγοις* συνέλεξ²⁾ ἐγώ φράσον, δίδαξον quominus de interrogativa οἵσπερ pronominis significatione cogites, satis impediris *τοῖς* articulo addito. Iure igitur in Ravennatis et Veneti communis scriptura offendimus. Contra in reliquorum codicum lectione non solum nihil video quod reprehendi possit — conferri potest Av. 804 οἴσθ' ϕ μάλιστ' ἔντας ἐπτερωμέ-

ὅώμην γρ. γνώμην, Av. 23 R. ἥδ', V. οὐδ', Γ ἥδ' γρ. καὶ οὐδ', v. 318 R. ἀφίχθον, V. ἀφίζον³⁾, Γ ἀφίχθον γρ. ἀφίζον⁴⁾. Contra Eq. 1039

V. δι, R. τὸν, Γ δι γρ. τὸν, ib. V. φύλασσε, R. φύλαξαι, Γ φύλασσε⁵⁾ v. 1110 V. ἥδη, R. εἰσω, Γ ἥδη γρ. εἰσω, v. 1256 V. γένωμαι, R. ξομαι, Γ γένωμαι γρ. ξομαι. Sed qui hunc codicem exaravit, liberum sibi servasse iudicium velut ex Eq. 517 videre licet, ubi Ravennas exhibet ὀλίγοις πάντι, Venetus ὀλίγοις ἥδη, Γ neque πάντι neque ἥδη recepit, saniore haud dubie iudicio usus quam quo Kockius (Mus. Rhen. VIII p. 501) utriusque codicis lectionibus coniunctis demonstrare conatus est scribendum esse :

πολλῶν δ' αὐτὴν πειρασάντων ὀλίγοις πάντι δὴ χαρίσασθαι.

Nam quod in codicibus post πολλῶν legitur γάρ prorsus necessarium esse non difficile est ad intellegendum, δὴ vero post πολλῶν ex Aristophanis dicendi usu rectissime additum est cf. 596. Plut. 253. al. Maxima vero ex parte, non totum hunc codicem ex optimis compilatum esse dixi, quia sunt quae ad neutrum referre possis. Omnino in hunc codicem diligentius inquirendum erit.

1) Simili vitio laborat Soph. O. R. 403 παθῶν ἔγρως ἀν οἵσπερ φρονεῖς, ubi scribendum est οἱ ὑπερφρονεῖς.

νος; εἰς εὐτέλειαν γῆραν συγγεγραμμένῳ —, verum etiam μοι ut addatur ab Aristophanis dicendi usu clara voce poscit; videoas, quaeo, similes locos hos: Eq. 184 ἔντεραι τί μοι δοκεῖς σωτῆραν καλόν, Nub. 1276 τὸν ἐγ-
ζέφαλον ὅπερ σεσεῖσθαι μοι δοκεῖς, Vesp. 1405 σωφρο-
νεῖν ἄν μοι δοκεῖς, Av. 935 πάντως δέ μοι διγῶν δο-
κεῖς, ib. 1370 εὖ γέ μοι δοκεῖς λέγειν, ib. 1674 δίκαιοι
ἔποι γε ταὶ πάλιν δοκεῖς λέγειν, Thesm. 622 ληρεῖν μοι
δοκεῖς, Ran. 1220 ἐρέσθαι μοι δοκεῖς, Eecl. 920 δο-
κεῖς δέ μοι ταὶ λέγοβδα τελ. Plut. 364 οὐτοι μὰ τὴν Αἴ-
γατον ἔγινειν μοι δοκεῖς cf. 1060, 1066, ib. 422 ὡς γραῦ
μενῆς εἶναι μοι δοκεῖς¹⁾). Quae cum ita sint, hoc loco
dubitari nequit, quin ceteri codices verum servaverint, Ra-
vennas et Venetus communi vitio laborent eoque duplice;
sed hoc solo loco vix convincees eundem utriusque fon-
tem fuisse.

At suspicari licet Hermannum non tam ad Equites quam ad Nubes, quam edendam sibi sumpserat, respe-
xisse. Atque in haec fabula manifesta communis horum
codicum originis insunt vestigia. Neque enim solum le-
viora vitia communia habent haec: v. 92 θρόνιον pro θέ-
ριον, v. 243 ἔτοιψερ pro ἔτετοψερ, v. 267 μέτω γε μέτω
γε pro μέτω μέτω γε, v. 300 ἐς χθόνα pro χθόνα, v. 307
πρόδομοι pro πρόσοδοι, v. 744 πάλαι pro πάλιν, v. 807
μέρος pro μέρας, v. 868 ἔστιν pro ἔστι ἔτι, v. 960 αὐτοῖς
pro σωτοῖς, v. 944 παρά pro περί, v. 1002 οὐ pro οὐτε,
v. 1081 τε pro ἔστι, v. 1124 ἴριζα γὰρ pro ἴριζ' ἄν γὰρ,
v. 1282 οὐδὲν pro οὐδέ, v. 1409 ἔτιπτησας pro ἔτεττες,
verum etiam graviora. v. 1198 enim non assequor, quomodo

1) In codicibus legitur σὺ δ' εἰ τίς; ὡχρὰ μὲν γὰρ εἶναι μοι
δοκεῖς. A. de Velsen (Symb. philol. Bonn. p. 413) Aristophanem
ὠχρὰ μαινέσθαι μοι δοκεῖς scripsisse suspicatus est; in qua ele-
gantissima coniectura unum displicet ὡχρὰ adiectivum ad μαινᾶς ad-
iectum. Iude ea scriptura nata est, quam supra recepi.

Hermannus Kockius Bergkius Meinekius praferre potuerint Ravennatis et Veneti communem hanc scripturam:

*ὅπερ οἱ προτέρθαι γὰρ δοκοῦσι μοι ποιεῖν
huic ceterorum codicum lectioni :*

ὅπερ οἱ προτέρθαι γὰρ δοκοῦσι μοι παθεῖν

Nam quod Hermannus monuit *ποιεῖν* ab imperitis librariis in hac sede facillime mutari potuisse in *παθεῖν*, etsi homini doctissimo largiri possumus, tamen nobis concedendum erit, si alterutrum interpolatum est, multo maiorem interpolationis speciem *ποιεῖν* pree se ferre quam *παθεῖν*. Accedit quod *παθεῖν* Aristophanis usui egregie convenit, cf. Teuffel. ad v. 234. Postremo, id quod rem conficit, qui secuntur aoristi *ἴρετο* — *προτέρθεισαν* postulant, ut etiam hoc versu aoristus legatur. Neque hoc solo loco Ravennas et Venetus interpolati sunt, verum etiam v. 1298, ubi cum ceteri codices rectissime exhibeant ὁ σαμφόρα, hi duo scriptum habent ὁ *Πασία*, quam malam interpretationem esse neminem fugit. Non magis vero quam haec interpolationuni communio casui tribui potest communio transpositionum quarundam et lacunarum; nam ne huius quidem vitiorum generis exempla desunt. Sic v. 601 Ravennas et Venetus exhibent *ταῦρος τραγὸς* pro *τραγὸς ταῦρος*, v. 1164 ἔνδοθεν *τρέχων* pro *τρέχων* ἔνδοθεν, v. 1384 οὐκ ἄν pro ἄν οὐκ, v. 1081 ὡς ἔρωτός τε καὶ γυναικῶν ἥττων pro ὡς ἥττων ἔρωτος ἐστὶ καὶ γυναικῶν; omissa sunt in utroque monosyllaba v. 1086 ἄν, v. 1198 γὰρ, v. 1231 ἀλλ', v. 1499 καὶ, v. 1510 γε, bisyllaba v. 838 χορστὸν (quod Dindorfius praetermisit), v. 929 *τοῦτον*, v. 1006 λευκῷ, v. 1048 *παίδων* (falso enim Dindorfius adnotavit solum Ravennatem hoc vocabulum omittere), v. 1361 ἔρθον. Colophonem addit quod duo versus integri in utroque codice omissi sunt, v. 114 et v. 1100.

Ex Vespis si leviora omittere volueris, ad Hermanni sententiam confirmandam adferre poteris Ravennatem et Venetum communis vitiis v. 577 exhibere ἄχρις

pro ἄχεις, v. 668 περιπεμφθεῖς pro περιπεφθεῖς, v. 890 γενναιοτέρων pro γε νεωτέρων, v. 1254 πατάξαι pro πατά-
ξαι, falso additum habere v. 248 ὁ, v. 263 ὁ Ζεὺς, v. 1287 μ' οἱ, v. 1474 τὰ, omissum v. 90 πι, v. 1062 δή¹).

In Pace etiam rariora vestigia invenies. v. 758 uterque codex pro ζαμίζον exhibit ζαμίρον, v. 824 ὡς ἔγωγ' ἐπιθόμην pro ὡς ἔγω 'πειθόμην, v. 447 εἰ pro ζεῖ, v. 453 ήτι τοίνυν ήτι ήτι pro ήτι ήτι τοίνυν ήτι, additum habet v. 566 τὸν, v. 1099 νῦν.

In Avibus messis non maior erit. Neque multi momenti est, quod Ravennas et Venetus v. 45 ζαθιδρυθέντε pro ζαθιδρυθέντε, v. 324 ἐραστὰς pro ἐραστὰ, v. 701 ἐγένετ' pro γένετ', v. 796 ἀν pro αὐτῷ, v. 1624 ζάραρπάσας pro ἀρπάσας scriptum, v. 992 τὸ ante ζαζὸν (quamquam de Veneto Dindorfius tacet) additum, v. 425 ζαὶ omissum habent.

In Raniis Ravennatis et Veneti haec vitia communia sunt: v. 33 ἔγωγ' οὐτε pro ἔγω οὐτε, v. 455 ιερὸν pro ἱλα-
ρὸν, v. 507 δεῖνδρ' pro ἀλλ', v. 757 ζαὶ pro χῆ (cf. Plut. 641 τίς ή βοή ποτ' ἐστίν; Lys. 830 τί δ' ἐστίν; εἰλέ μοι τίς ή βοή; quos locos Meinekii causa adseripsi, qui ζαὶ βοὴ recepit) v. 971 σωματεῖν pro γέροντεῖν, v. 907 om. μέν.

In Pluto haec: v. 111 μαζῷν pro μαζῷ, v. 367 ἔχεις pro ἔχει, v. 610 παιδίον pro παιδῶν, v. 695 ἀτεπαλλόμην pro ἀτεπαλόμην, v. 708 δὲ ζέζλῳ pro δὲ ζέζλῳ, v. 1088 γοῖν pro γάρ, v. 1096 προσείχετο pro προσίσχεται, v. 301 om. ἴμμέρον, v. 397 add. λέγω, v. 576 add. ζαί.

1) Consulto omisi v. 155, ubi uterque codex πρῶτον exhibit pro ceterorum codicem quam Meinekius praetulit lectione πρότερον quia illud Aristophanis esse confido cf. Eq. 50 λοῦσαι πρῶτον ἐξδι-
ζάσας μιαρ, ib. 488 ἀλλ' εἶμι πρῶτον δ' ὡς ἔγω τὰς κοιλαὶ ζαὶ τὰς μαζεύσας ἐνθαδὲ παταθήσομαι, Ach. 383 νῦν οὐτε πρῶτον πρὸιν λέγειν ξέσπαστε ξεσκεύασσατε μ' οἰοι ἀθλώταροι, ubi Aristophanes eodem iure πρῶτον dixit. quo nos in similibus „zumässt, vor allen Dingen.“

Vides non ita multa ea esse utriusque codicis vitia, quae dubitari nequeat, quin ex eodem fonte fluxerint; nam etiam ex eis quae adtuli communibus vitiis sunt, quae quod in utroque codice inveniuntur, casui tribuere possis. Attamen restant, ubi non potes; atque in Nubibus dubitari non potest, quin Ravennatis et Veneti idem fons fuerit. Neque hoc non potest sumi, quod non saepius optimi codices una peccant, archetypi virtuti deberi. Hac de causa concedendum est, videri eos fratres esse. Quod si sunt, quaerendum est, uter patrem magis referat et maioribus pluribusque splendeat virtutibus.

Iterum ab Equitibus ordiamur, in qua sat multi loci inveniuntur, ubi Ravennas solus patri obsecutus esse, Venetus ab eo turpiter descivisse iudicandus est. Hic enim v. 14 falso additum habet σοι, v. 61 εἰθ' ὁ scriptum pro ὁ δὲ, v. 70 ὀνταπλάσιον pro ὀνταπλάσια, v. 133 τοῦτον pro τόνδε, v. 143 ἔξολῶν pro ἔξελῶν, v. 175 γ' pro δ', v. 187 οὖν pro ἕσον, v. 190 τοντί σε μόνον pro τοντὶ μόνον σ', v. 201 αὕτη πρὸ αὕτη καὶ, v. 212 εἴμι ἐπιτροπεύειν pro ἐπιτροπεύειν εἴμι, v. 236 ξυνώμυντον pro ξυνόμυντον, v. 272 πρὸς πρὸ τῷ, v. 354 ἄκρατον pro ἄκρατον, v. 357 ἐπιών pro ἐπιπιών, v. 365 ἔξελῶν pro ἔξελέω (Rav. ἔξελλέγξω), v. 373 περιτικῶν pro παρατικῶν, v. 377 εἰτά γ' pro εἰτα δ', v. 385 οὐκ ἄρ' ἡνὶ πρὸ ἡνὶ ἄρ' οὐ, v. 412 πασίδιον πρὸ πασίδιον εἰ μαχαιριδίων πρὸ μαχαιρίδων, v. 437 καὶ πρὸ ἡ, v. 511 ἔπη λέξοντας πρὸ λέξοντας ἔπη, v. 537 στυφελισμοὺς πρὸ στυφελιγμοὺς, v. 604 εἰτά γ' πρὸ εἰτα δ', v. 646 τῶν πρὸ οἱ, v. 675 πανταχοῦ πρὸ πανταχῆ, v. 698 ἐὰν πρὸ εἰ, v. 748 ἵν' ἐκεῖνον πρὸ ἵνα τοῦτον, v. 767 ἀντιβεβληκώς πρὸ ἀντιβεβηκώς, v. 768 διατηγθείην πρὸ κατατηγθείην, v. 776 χαριζοίμην πρὸ χαριοίμην, v. 856 καθαρόπασαντες πρὸ καθαρόπασαντες, v. 880 γέρωνται πρὸ γέρωντο, v. 902 πόνησε πρὸ πανούργε, v. 1039 διν πρὸ τῷν, v. 1058 φράζειν πρὸ φράσσαι (Rav. φράσαι), v. 1084 φράζεις πρὸ φράζει, v. 1110 ἥδη πρὸ εἴσω, v. 1118 πρός τε τὸν πρὸ πρός τὸν τε, v. 1131 οὔτω πρὸ

χοῖτω, v. 1214 ἀλλ' οὐχ pro οὐχ, v. 1239 ἐπαρτίον pro ἐπαρτία, v. 1256 γέρωμαι pro ἔσομαι, v. 1277 ουτος pro αὐτός, v. 1311 ὅν pro ἥν, v. 1339 ἥν pro ἥ.

Ab his omnibus vitiis Ravennas liber est. Ut vero si duos fratres unum bonos patris mores referentem, alterum omnibus vitiis affectum videris, hunc a falsis amicis suspicaberis abalienatum esse a patris disciplina, ita Venetum conicies in hac fabula ab alio potius codice pendere quam ab Ravennatis archetypo. Quae coniectura per se quamvis probabilis omni tamen fide careret, si nullus codex extaret, qui eisdem vitiis laboraret. At omnes praeter Ravennatem, quibus quidem Dindorfius usus est, codices easdem, quas tamquam Veneti solius adtulimus falsas lectiones exhibit. Quid igitur certius esse potest, quam his locis Venetum non ex Ravennatis sed ex deteriorum codicum archetypo fluxisse? Scilicet totam Veneti Equites ad deteriorum codicum archetypum referendam esse, non solum ex hoc consensu non consequitur, verum etiam inde, quod Venetus uno loco v. 187 deteriorum codicuni lectionem οἶον receptam. Ravennatis vero οἶον ut variam lectionem adscriptam exhibit, et ex duplice, de quo supra diximus, vitiis communione sat certo conligi posse puto, etiam Ravennatis archetypi aliquam partem in Veneti Equites transiisse.

Ad Nubes pergo. Facile conicies, in hac fabula quia certissima Ravennatis et Veneti cognationis vestigia repperimus, hunc vel nihil vel per pauca ex ceterorum codicum archetypo hausisse. Atque ita est. Duos tantum locos indagavi, ubi cum maiore fiducia dicere possis Venetum ab hoc archetypo pendere, v. 650 et v. 1233. Priore enim loco unus Ravennas ἐπαῖονγ' veram lectionem servavit, quae in omnibus aliis codicibus in εἰν' ἐπαῖειν depravata est; altero loco in eodem praestantissimo codice ηοῖονς θεόνς; monometer nondum ἦν ὁραζέσσω γό σε verbis, quae in ceteris praemissa sunt, oneratus est. Nam

haec verba futile supplementum esse probaverunt mihi Hermannus et Dindorfius.

In proximis fabulis plura Veneti et ceterorum codicium communis originis vestigia inventum iri sperabis; quod longe secus est. In Vespis enim vix plura vel certiora indagabis, quam quod Venetus cum ceteris v. 147 ἐσεδόγησεις exhibit pro ἔργοισεις, v. 175 θάττοις pro αὐτοῖς, v. 239 ἥψαμεν pro ἥψωμεν, v. 319 τηροῦμ' pro τηροῦμα δ', v. 661 τούτων pro τούτου, et v. 458 οὐκ omittit; in Pace cum ceteris v. 31 μήποτ' praebet pro μηδέποτ', v. 233 ἔνδον pro ἔνδοθεν, v. 600 σε λαβόντεν pro λαβόνται, v. 585 δαμοντα pro δαμόνται, v. 705 ἀμεξόμεσθα pro ἀμησόμεσθα. Nam quod v. 897 in omnibus praeter Ravennatem codicibus omissus est, huie rei propterea magnam vim non tribuo, quia facile etiam diversi librarii a priore ἔστάνται ad alterum aberrare potuerunt.

Certiora vestigia Aves continet. v. 23 Venetus deteriorum codicum οὐδ' recepit pro Ravennatis ἡδ', v. 69 ἀλλὰ pro ἀτὰς, v. 122 ἐγκατασκιλθῆναι pro ἐγκατασκιλνῆναι, v. 432 quod gravius est, λέγειν κέλευθε μοι λέγειν pro λέγειν λέγειν κέλευθε μοι, v. 491 τοφεντασπιδολεροπτηγοί pro τοφεντολερασπιδοπτηγοί, v. 692 Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ pro παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ.

Talia etiam in Raniis inveniuntur. v. 129 Venetus eum deterioribus plerisque κάτα pro εἴτα exhibit, v. 317 ἐκεῖνο pro ἐκεῖν' ὁ, v. 520 αὐλητρίσι pro ὀρχηστρίσι, v. 1019 σὺ τί pro τί σὺ, v. 1035 ἐσκε καὶ κλέος pro καὶ κλέος ἐσκε, v. 1066 ἀλλ' ἐν δασκίοις pro ἀλλὰ δασκίοις, v. 1330 πόνον pro τρόπον, v. 1366 ὅσπερ pro ὅπερ.

In Pluto Venetus eum ceteris v. 566 exhibit φράσον pro φράσεις, v. 641 ἀγγελεῖ pro ἀγγέλλεται, v. 765 σ' ἐν κοιταστῶν pro σε κο., v. 999 προσέπεμψεν pro προσαπέπεμψεν, v. 517 δή omittit.

Vides eorum vitiorum, quae Veneti ceterorumque codicium communia sunt, non ita magnum esse numerum,

vix tamen minorem, quam eorum quae Ravennatis et Veneti communia supra in unum coegimus. Eodem igitur iure, quo supra Ravennatis, nunc deteriorum codicum archetypum Veneti fontem fuisse et ex duobus illis codicibus hunc tertium compilatum esse dicemus.

Quae enim ita sint, ubiunque Ravennas et Venetus inter se discrepant, non iam quaerendum erit, uter proprius ad archetypum accedat, sed utrum Venetus eodem, quo Ravennas an quo deteriores codices fonte usus fuerit.

At inveniuntur loci, ubi dubius haereas, ad utrum fontem Veneti lectionem referas, quippe quae ab utroque aequo aliena sit. Sic Eq. 473 Ravennas aliique codices omnes προσπέμπων exhibent, unus Venetus προσπεσών, Vesp. 675 solus Venetus δωροφοροῦσιν pro δωροδοκοῦσιν, v. 702 ἔλασιν pro ἄλειρον, Pac. 1317 οὐαπιχρεύειν pro οὐαπικελεύειν, Ran. 753 οὐάπιολέντομαι pro οὐάπιαίτομαι, Plut. 871 πράγματα pro χρήματα, v. 1044 αἰσχύνομαι pro ἵβριζομαι. Hae lectiones cum ex neutro fonte haustae esse possint, quaeritur utrum ex librarii ingenio an ex tertio aliquo fonte fluxerint. Mihi quidem illud parum probabile esse videtur, hoc alterum vero factum esse eo magis mihi persuasum est, quo plura accedunt eaque multo etiam certiora tertii fontis vestigia. Quid enim? si Plut. 50 Ravennas βίφ, deteriores codices χεόρφ, Venetus vero lectionem exhibit admodum singularem ἔτει, num tu putas, hanc a librario creatam esse? Vel si ib. v. 1013 in omnibus aliis codicibus scriptum est μεγάλοις ὀχουμένην, in uno Veneto μεγάλοις νῇ λία, num tu hoc librarii ingenio dabis? Si velles, ego non concederem. Nec ipse voles, si alios locos contuleris, ubi similes lectiones in Veneto ut variae lectiones in margine tantum adscriptae sunt; his enim locis librarius ipse se tertio aliquo codice usum esse prodit. En hæc exempla. Vesp. 1473 Venetus cum ceteris οὐαπανομῆσαι recepit, sed adiecit γρ. οὐαπακλῆσαι; Pac. 1144 Ravennas cum ceteris exhibit ἄγαρε, Venetus

ἄργασε γρ. ἄρενε, ib. v. 1201 idem cum reliquis δραχμῶν ἐμπολῶ, sed γρ. δραχμαῖς ζερδαίνω, Av. 210 cum Ravennate λῆσον, sed γρ. καὶ λῆσον καὶ ἀσον, ubi librarium χῆσον, quod in deterioribus codicibus legitur, scribere voluisse conicio, ib. v. 1396 cum aliis omnibus βαίρην, sed γρ. βαίρων, Ran. 63 ἔτροντες cum ceteris sed γρ. ἐγώ, v. 202, quam variam lectionem Dindorfius silentio praetermisit, ἔχων ἀλλ' ἀντιβάς cum reliquis, sed γρ. τὰ φεύματ' ἀντιβάς, Plut. 106 ἐγώ γρ. ἐμοῦ, ib. v. 367 ἔχεις γρ. μένει, quarum illa Ravennatis lectio est, cum ceteri ἔχει exhibeant, v. 396 τὸν θαλάττιον γρ. τὸν βοιάτιον, v. 1093 ὑπέπιττον γρ. ὑπεπείρων. Eandem vero vim ei loci habent, ubi, qui Venetum scripsit, scripturam aliquam ab utroque fonte aequa alienam recepit, horum vero ut variam lectionem adscripsit. Cuius generis haec exempla sunt. Venetus Av. 109 pro ceterorum codicum τρόπον exhibit γέροντος γρ. τρόπου, Ran. 116 pro καὶ σύ γε, quod ceteri praebent, λέγαι κάτω γρ. καὶ σύ γε, v. 118 ὅπη γρ. ὅπως, v. 309 προσέπιπτο γρ. προσέμπεσε pro προσέπεσεν.

Dubitari igitur nequit, quin praeter duos illos tertius Veneti fons fuerit. Videntur vero adeo quattuor fuisse; Plut. 50 enim, ut iam supra vidimus, Ravennas exhibit βίω, deteriores codices χρόνων, Venetus ἔτει, idem vero adscriptum habet γρ. γένει καὶ χρόνῳ, ex quibus lectionibus aut ἔτει aut γένει necesse est ex quarto aliquo fonte deducta sit. Sed accedit aliud. Illae variae lectiones pleraque quidem pessimae notae, nonnullae praeclarissimae sunt. Salutiferac enim iamdudum extiterunt his locis: Vesp. 675, 702, ubi Venetus scholiastam et Suidam adsentientes habet, Pac. 1317, 1144, ubi iterum Suidas eandem lectionem ἄρενε praebet, Ran. 118, in Bergiana altera etiam Plut. 1013. Spretum vero adhuc est, quod Venetus Plut. 50 praebet, ἔτει. Sed memini Sauppium in seminarii Gottingensis lectionibus mihi probare, usitatissima corruptela correcta seribendum esse: ὡς σφόδρα ἔστι σύμφορον τὸ μῆδεν

ασεῖν ἵγιες ἐν τῷ νῦν ἔτι. Tam praeclaras lectiones ad eundem, quo perversas, fontem referendas esse mihi persuadere non possum, ita ut etiam magis mihi probetur, praeter Ravennatis et deteriorum codicum archetypos non unum sed duos Veneti fuisse fontes, unum infimi generis, alterum optimum et ex altiore et puriore fonte deductum ipso Ravennate. Si vero mirum tibi videtur, unum librarium quattuor codices inter se diversissimos usurpavisse, tibi sumere licet, fontes illos non una undique confluxisse, sed binos sese commiscuisse, his duobus compilatis demum codicibus tertium Venetum effectum esse. Cum autem de his rebus nihil omnino sciri possit, praestat fortasse, quod simplicissimum et si non ad persuadendum tamen ad percipiendum aptissimum esse videtur, ponere omnes quattuor fontes una in Venetum influxisse. Iam enim tu, qui patienter legisti, quae hucusque disseruimus, sollertiarem te praebebis ipso typotheta et me praeente hoc stemma tibi pinges. Ex puncto aliquo, quod *d* littera insignibis, deorsum duas divergentes lineas duces, ita ut laevam breviorem facias dextera. Ad laevam extremam *x* litteram, ad dexteram „*deteriores codices*“ vocabula adpinges. Iam dexteræ lineæ duo puncta superius *c*, inferius *b* littera nota et ex utroque in sinistram partem singulas lineas duce. Superiorem lineam extremam „*Rav.*“, inferiorem „*Ven.*“ nota ornabis et ex illa media inde a puncto aliquo, cuius *a* littera signum erit, lineam duces ad „*Ven.*“ notam. Ad eandem singulas lineas duces a punctis *x* et *b* litteris insignitis et a novo aliquo extra harum, quas hucusque duximus, linearum fines ponendo et *y* littera notando.

Hoc stematice in quo *x* littera ignotum illum optimum, *y* pravissimum codicem significatum esse ipse facile intelleges statim utamur. Eq. 163 Ravennas exhibet τὰς στίχας δρᾶς τῶνδε τῶν λαῶν, deteriores codices δρᾶς γε τῶνδε τ. λ., unde conligendum est, iam in eo archetypo, quem *c* littera insignivimus, scriptum fuisse δρᾶς τῶνδε

τ. λ., in b codice lacunam γε particula ab hoc loco aliena expletam esse; quapropter Venetus veram lectionem δρῆς τὰς τῶνδε τ. λ. non potest non hausisse ex x codice. Similiter factum est, ut ib. 484 Ravennas cum deterioribus codicibus in falsa lectione τὰς οὐχώνας consentiat, unus Venetus veram praebeat τὰ οὐχώνα¹⁾). Porro Vesp. 21 quod cum deterioribus codicibus Ravennas προσερεῖ, unus Venetus veram lectionem προερεῖ exhibit, hanc hausisse dicendus erit ex eodem x codice. Eundem in modum explicandae sunt reliuae bonae lectiones, quas Venetus in Vespis contra consentientes Ravennaten et deteriores codices tuetur; has dico: v. 334 τῇ θίρᾳ pro τὰς θίρας, v. 384 ἔσται τοιαῦτα pro τὰ τοιαῦτα, v. 386 οὐτανλαίσαντες pro οὐταέσαντες, v. 472 ἔλθοιμεν pro ἔλθωμεν, v. 480 σούστιν pro πούστιν, v. 507 cum Suida τυραννὰ pro τυραννίδα, v. 565 add. ἀνιῶν, v. 735 add. ἔστιν, v. 749 τί βοῆς pro τί μοι βοῆς, v. 806 om. γ', v. 1064 om. γε, v. 1155 παραθοῦ (scribe παράθον) pro ζατάθον, v. 1193 ζαθυτάτην (scribe βαθυτάτην) pro βαρυτάτην, quibus ex eadem fabula fere totidem addere ipse poteris. Similia si quaerere volueris etiam in reliquis fabulis hic illie quamvis multo rariora x codicis vestigia invenies, quae nunc enarrare vix operaे pretium est.

Deteximus quattuor unde Venetus haustus est fontes. Quaerentem vero quae ratio in ipso Veneto inter hos fontes intercedat et a quo fonte praeter ceteros ma-

1) Noli v. 711 hue trahere, ubi quam Venetus post διαβαλῶ insertam habet γε particula, cum summa vis non in διαβαλῶ sed in πλετονα insit, ab hoc loco aliena est. Hac de causa mihi non probaverunt homines doctissimi Bergkius (ed. I) καὶ γὼ δέ σ' ἔγὼ καὶ διαβαλῶ γε πλετονα vel (ed. II) καὶ γὼ δέ σ' ἔλξων διαβαλῶ γε πλετονα, Sauppius καὶ γὼ δέ σ' γε καὶ διαβαλῶ γε πλετονα scribendum esse, multo vero etiam minus mihi Kockius persuasit, quod ipsi in mentem venit, καὶ γὼ δέ σ' ἔλξω διαβαλῶ τε πλετονα Aristophanem scripsisse.

xime pendere videatur inbere possumus ad ea respicere, quae exposuimus, unde satis iam apparuit, *in Pace Avibus Kanis Pluto aequo quodam temperamento omnes fontes mixtos esse neque ullum praeter ceteros praevalere, contra in Equitibus deteriorum codicum, in Nubibus Ravennatis archetypum, in Vespis & codicem optinere.* Quae cum ita sint haec mea de his codicibus sententia est, *Veneti auctoritatem in Equitibus longe superari Ravennatis auctoritate, in Nubibus ei parem, in Pace Avibus Kanis Pluto supparem, in Vespis ea multo maiorem esse.*

Haec sunt quae enucleare potuimus ex variis codicium lectionibus; quibuscum compares, quaeso, quae ante hos decem annos Kockius scripsit (Mus. Rhen. IX. p. 512): „Quae ratio intercedat inter librum Ravennatem et Venetum, qui illius praestantiam haud raro aequare videtur, alio loco, si deo placebit, exponam. Quaestio enim est subdifficilis et obscura, ad quam is demum accurate respondere poterit, qui per omnes Aristophanis fabulas pari assiduitate et diligentia et similitudines et discrepantias scripturae pervestigaverit. Unum enim superiore anno „(Mus. Rhen. VIII p. 352) monui Venetum videri descriptum esse aut ex Ravennate ipso aut ex eo libro, ex quo etiam Ravennas originem acceperit, aliquot tamen locis tam insignem exhibere lectionis diversitatem, ut ea ex aliis quibusdam libris, non multo recentioribus Ravennate, forsitan etiam vetustioribus hausta esse videatur.“

Iam a codicibus ad poetam transeamus. Cui non minus consuluerimus, si nonnullos locos ab hominum doctorum, qui interdum Ravennatis vel Veneti variis lectionibus se decipi passi sunt, coniecturis vindicaverimus quam si alios nostro Marte illorum codicum ope emendaverimus. Errores vero, ne inutilia agamus, eos potissimum refutan-

dos nobis sumemus, qui vel multitudine et auctoritate eorum, qui eis constricti fuerunt, vel eo sese coniendant, quod usus Aristophanis perserutandi ansas praebent.

Ad alterum genus pertinet Kockii Eq. 177 quam putat emendatio. Legebatur hoc loco :

*γίγνει γὰρ, ὡς δὲ χρησμὸς οὗτοσὶ λέγει,
ἀνὴρ μέγιστος. Αλλ. εἰπέ μοι ταῦτα πῶς ἐγὼ ξτλ.*

Ravennas in priore versu inter γὰρ et ὡς interpositum habet ὄντως; qua varia lectione arrepta Kockius (Mus. Rhen. IX p. 500) sic scribendum esse:

γίγνει γὰρ ὄντως, ὡς δὲ χρησμός σοι λέγει ξτλ.

mihi quidem non persuasit. Nam quod homo doctissimus postulat, ut Demosthenes insiciarum in summum potestatis fastigium escensurum esse maiore vi asseveret, ut hi theologi magis et facilius nobis imponere sibi videntur, si digito monstrantes divina bibliorum sacrorum verba antestentur quam quotvis affirmativis particulis cumulatis, ita Demosthenes ad persuadendum aptius dicit γίγνει γὰρ ὡς δὲ χρησμὸς οὗτοσὶ λέγει quam cum Kockio γίγνει γὰρ ὄντως ὡς δὲ χρησμός σοι λέγει ξτλ. Et οὗτοσὶ pronomen demonstrativum, cum Demosthenes ad insiciarum de hoc vaticinio nihildum dixerit, necessarium est. Huius igitur versus vulgata scriptura quin ad ipsum Aristophanem redeat auctorem, dubitari nequit. Sed quod in priorem versum non quadrat ὄντως vocabulum fortasse in altero suum locum inveniet. Quid enim, si scribendum esse dixero ὄντως μέγιστος? At ἀνὴρ vocabulum apud Aristophaneni tam saepe quasi fulerum adiectivo additum est, ut etiam hoc loco a poeta potius quam a librario adiectum esse non possit non videri. Sic infra v. 765 βέλτιστος ἀνὴρ περὶ τὸν δῆμον, v. 873 ζοίνω σ' ὅστων ἐγώδαι περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον, v. 1208 ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ ταῦτα γαστέρα, Plut. 209 ὡς ἐὰν γέρη ἀνὴρ πρόθυμος αὐτὸς εἰς τὸ

πράγματα, al.¹⁾ Quorum exemplorum similitudine efficiatur etiam Plut. 339 paeferendum esse, quod in codicibus legitur, ὡς ἔξατίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος, Porsoni, quem editores fere secuti sunt, ἀνήρ. Itaque etiam ἀνὴρ μέγιστος verba satis tuta esse videntur a manu emendatrice. Non minus quae secuntur εἰπέ et πῶς ἐγώ utpote prorsus necessaria. Contra superflua esse videntur quae interiacent μοι et ταῦ. Fortasse igitur scribi potest ὅντως ἀνὴρ μέγιστος Ἀλλ. εἰπὲ πῶς ἐγώ τελ... Sed ne hoc quidem concedo. Cavendum enim est, ne tam tenaces simus propositi, ut tyranni cuiusdam potentissimi et crudelissimi (quot enim perdidit criticorum lusus!) instantis vultus nos non quatiat mente solida, usum loquendi dico, qui hoc loco vetat ne μοι pronomen eiciamus. Per omnes enim Aristophanis fabulas ubique εἰπέ vocabulum interrogationem vel ipsum excipit ut Pac. 210 τοῦ δ' εἰπεῖ
ἴμᾶς ταῦτ' ἔδρασαν; εἰπέ μοι, vel ea excipitur ut Ach. 318 εἰπέ μοι τί τοῦτ' ἀπειλεῖ τοῦτος —; μοι pronomen additum est²⁾. Quod easu factum esse non poteris dicere in quadraginta fere quae conlecta habeo exemplis neque cuiquam probabis, qui quidem noverit sermonis communis constantiam. Neque huius legis vis eo levatur, quod bisterni loci Eq. 109 εἰπ', ἀντιβολῶ, τί ἔστι; ib. 142 εἰπ', ἀντιβολῶ, τίς ἔστιν; ib. 1202 εἰπ', ἀντιβολῶ, πῶς ἐπειρόσας ἀριάσου; et Nub. 900 εἰπὲ τί ποιῶ; Vesp. 293 λάνι γ' ὦ παιδίον, ἀλλ' εἰπὲ τί βούλει με πρίσσει καλόν; Pac. 118 ἔστι τι τῶνδ' ἐτέμως εἰπ' ὦ πάτερ εἴ τι φίλεις με excipiendi sunt; illi enim sese ipsi excusant, his patroni existunt anapaesti, ionici, hexameter daetylieus. Nam dici nequit, quantum distet trimetrorum sermo a metro-

1) Cf. Vesp. 923 *τυρῶν ἀπάντων ἀνδρας μονος αγιστετον*.

2) Eq. 741 ubi vulgo εἰπέ νυν τί δρῶν; legebatur, rectissime Kockius ex Ravennatis lectione εἰπέ μοι νυν reposuit εἰπέ μοι τί δρῶν.

rum. Duo monere libet, quibus hoc disserimen inlustretur; unum, τε — καὶ particularum coniunctionis in trimetris iambieis admodum rarum esse usum, in ceteris metris creberrimum¹⁾, alterum in similitudinibus in trimetris nusquam ὡς pro ὄστεος dictum vel οὐ adiectum esse, contra Vesp. 694 in tetrametro anapaestico legi ἐπονδάζατος καὶ ὡς πρίνθ' δὲ μὲν ἔλει δὲ ἀντερέδωσεν, ib. v. 1490 in anapaestico dimetro λιγόσσει φρένικος ὡς οὐ ἀλέκτωρ, ex quibus locis illum a Reisigio (Coniect. p. 313) χῶστεος scribendo emendatum esse etiam ego olim opinatus sum, altero loco ipse ὄστεος scribendum proposui, quorum tamen neutrum recte fieri δεύτεραι φροντίδες me edocuerunt. Quae cum ita sint, ne μοι quidem pronomine earere possumus; quo quae satis iam defenditur καὶ particula etiam eo sese commendat, quod ipsius cum interrogativo coniunctio mirantis et increduli quasi propria est cf. Ach. 86 καὶ τις εἰδε πόλιτε βοῦς κριβαῖταις; τῷ δὲ ἀλαζονευμάτων, Eq. 128 καὶ πῶς; vid. Matth. Gr. gr. § 620 d. Non possum igitur quin ὄντες vocabulo, qua a Kockio iam donatum erat, civitatem abiudicem. —

Etiam largiorem disputandi materiam praebebit Eq. 676. Legebatur:

ἐγὼ δὲ τὰ πορίαν^r ἐποιάμην ἐποδραμών,

in Ravennate vero cum ἐπεξδραμών legerent, primum Reisigius Hanovio:

ἐγὼ δὲ τὰ πορίαν^r ἐποιάμην ἐπερδραμών,

deinde Fritzschius²⁾ Kockio et Meinekio:

1) Ran. 1397 Aristophanem ἀλλ' ἔτερον αὐτὸν σύγτει τι τῶν βαρυστάθμων δὲ τι σοι καθέλξει, καρτερόν τι καὶ μέγα scripsisse suspicor pro καρτερόν τε καὶ μέγα. Nihil vero perversius esse potest quam quod Bergkius Ran. 513 pro καὶ γὰρ αὐλητὸς γέ σοι ἥδη ἕδος ἔσθι ὠφειοτάτη κωρυχηστοίδες ἔτεραι δύ' ἢ τρεῖς fortasse scribendum conciecit αὐλητρὸς τε σοι, quia hoc easu factum est ut in Veneto legatur.

2) ad Ran. p. 213.

λγος δ' επιριάμητε τὸν ζωγίαντον ἐπενδραμόν

scribendum esse probaverunt. Quas emendationes si inter se comparaveris diseriminis, quod inter ἐπενδραμόν et ἐπενδραμόν verba composita intereedit, nulla ratione habita, non poteris in Reisigii emendatione mutationis lenitatem non mirari, offendes vero in procelensmatico, quo homo doctissimus alterum pedem effici voluit. Ae iure offendes ') ; neque enim Reisigius (Coniect. p. 53—86) data opera demonstrare potuit, in Comicorum graecorum trimetris procelensmaticum in anapaesti locum succedere posse. Nam ex duodecim quae p. 86 praeter hoc tamquam certissima coegit exemplis unum Eupolidis ap. Mein. Com. II. p. 564 certissime emendavit Hanovius ') : *ζαὶ πορσιζὴ ποᾶγῳ* λοτὶ βαθέ u. *ζάγρελον* pro *ζαὶ ζαγρέλον*, alterum Eubuli ap. Mein. III p. 252 iam Canterus rectissime scripsérat: *στεφάνων ἵσσος βούλεος· λότερος ἔφαντίλιον* pro *πότερον*, Aristophanis vero Ach. 78 cum Morellio Bergkio Meinekio scribendum esse puto: *νοὺς πλεῖστα δυναμένους φαγεῖν τε ζαὶ πτεῖν* pro *ζαραγαγεῖν*, quia quod Elmsleius volnit δυνατοὺς a sermonis simplicitate longius recedere videtur, ib. v. 437 cum Bentleio Dindorfio Bergkio Meinekio: *Ἐργαλίδη λειδίλερος ἐχαρίσω τεδί* pro *ἐχαρίσω μοι*, Ran. 76 cum Bentleio Hanovio Dindorfio Bergkio Meinekio Koekio εἰτ' οὐ *Σοφοκλέα πότερον ὅντα* *Ἐργαλίδον* pro *οὐχί*, Lys. 982 sive cum Dindorfio *σὺ δ' εἰ λότερον* sive cum Bergkio *τίς δ' εἰ σέ*; *πότερος* sive cum Meinekio *σὺ δὲ τίς*; *λότερον* scribere males, non dubitabis Reisigii *σὺ δ' εἰ τί*; *λότερον* *ἄνθρωπος οὐ* *ζονίσαλος* abieere, cui homini doctissimo non verendum est ne iniuriam inferas, si Thesm. 1203 quem ultro intulit τὸ articulo in exilium misso cum editoribus seripseris σὺ

1) cf. de hae quaestione Enger. praef. Lysistr. p. XV sqq.

2) Exere. crit. in com. gr. p. 160.

μὲν οὖν ἀπότρεχε, παιδάριον, τοὺς λαβόν. Restant igitur hi quinque loci :

Plat. ap. Mein. Com. II p. 682 οὗτος τίς εἰ; λέγε
ταχί· τί σιγᾶς; οὐκ ἐρεῖς,

Aristoph. Vesp. 967 ὡς δαιμόνι ἔλέει τοὺς ταλαι-
πωρούμενοις

id. ib. 1169 ὥδι προβὰς τομεφούν τι διασαλα-
ζώντοις

id. Plut. 1011 μητάριον ἄντι καὶ γάτιον ἐπενορίζετο

Nicostrat. ap. Mein. Com. III. p. 284 λευκός· τὸ
γὰρ πάχος ἐπερέπετε τοῦ καροῦ.

Si ex septem quos iam correctos adscripsimus Thesmophoriariazusarum, ex his vero locis Vesparum alterum exceperis, hos ab illis eo differre intelleges, quod thesin eius pedis, qui proeleusmatico effici videtur, uno vocabulo comprehensam habent, cum in illis ab altera theseos syllaba novum ordiatur vocabulum. Atque hoc paullo plus molestiae habere videtur illo, quia prioniores sumus ad arsin a novo vocabulo quam ab ultima proximi incipiendam. Hae de causa — quamquam nihil statuo — fortasse versus Platonis Nicostrati Aristophanis Vesparum prior et Pluti defendi possunt, in multo etiam graviorem vero reprehensionem alter Vesparum versus et quem quidem Reisigius voluit Ep. 676 incurruunt.

Neutrum quamvis in hoc omni genere nobiscum consentiens emendandum esse Hanovius sibi persuasit, falsa quadam opinione captus, cuius primus auctor Seidlerus fuit. Is enim in excursu „de dactylo et tribracho in quinta senarii iambici pede“, quem dissertationi „versibus dochmiacis tragicorum graecorum“ adiecit, „seenicos poetas tribachum daetylumque in quinta senarii sede ita praesertim tolerabilem offenditionisque suae experienti iudicasse, si cum ipsa quinti pedis arsi soluta novum vocabulum inciperet“ docuit. Cui legi qui repugnant loci cum plerique ita comparati sint, „ut in quinti pedis arsi

vel vocales habeant *ia* sive *io* vel consonam *ø*, homo doctissimus suspicatur, „harum litterarum pronunciationem habuisse aliquid, unde communis regulae violatio com-mode veniam inveniret“, quod quale fuerit non exponit. At iusto levius rationes subduxit. Primum enim comicorum locos non debebat in censum vocare; deinde si apud tragicos septuaginta exempla extant solutae quintae trimetri arseos, atque ex his sexaginta sunt, ubi ab hac arsi novum vocabulum exorditur, indene consequitur, hoc ex lege quam tragicci sibi scripserint ita factum, decem qui restant versus exceptiones esse? Et qualis haec lex fuerit! Si licebat ante ultimum pedem vocabulum conlocare, quod vel iambi vel spondei vel cretici mensuram exaequaret, cur non item, quod tribachi vel dactyli vel paeanis primi? Quid, ut exemplo utar, a ratione reprehendi potest in Aeschyli Eum. 783 διλ' ἐξ Ιτός γὰρ λαμπρὰ μαρέσια παρῆν? Cum igitur haec lex nec per se probabilis sit neque inter numerum eorum locorum, ubi observata est, atque eorum, qui ei repugnant, iusta intercedat ratio, tota illa Seidleri de *ia*, *io*, *ɛɔ*, *ɔɔ* litterarum pronunciatione sententia omni fundamento caret. Nihilominus in hac périculosa via securus progressus est Eduardus Wunder¹⁾. Cum enim Seidleri legem a quinta etiam in ceteras trimetri sedes transtulisset, eique nonnullos locos repugnare videret, non solum ad eandem *ioν*, *ioς*, *ia* litterarum miram pronunciationem confugit et *πατέρα* bisyllabum, *ἀπότερα* trisyllabum esse voluit, verum etiam „pronominis *τίς* formas *τίνα* et *τίνη* sic fuisse pronunciationis, ut unius fere syllabae instar essent nobis persuadere conatus est. Velle homines doctissimos aperuisse, quo alio modo *μαρέσια* vel *ἀπότερα* a poetis in versum recipi potuissent nisi ita ut ab una arsi ad alteram pertinerent. Atque haec erat qua falsa opinione captum fuisse dixi

1) Advers. in Soph. Philoct. p. 23 sq.

Hanovium, qui non dubitavit, quin *ζορίαν*' pro bisyllabo et διασαλαζώνισον pro quinquesyllabo haberi possent, itaque Eq. 676 ἐγὼ δὲ τὰ ζορίαν' ἐπιριάμην ὑπερδραμών et Vesp. 1169 ὃδὶ προβὰς τρυφερόν τι διασαλαζόνισον optimi generis versus essent.

Sed iure editores hos homines doctos ipsis imponere non passi sunt. Ac Vesparum loco iam Dindorfius vidit διασατιζόνισον scribi posse, Equitum vero versu dubitabimus, utrum vulgatam teneamus an Ravennatis vestigia secuti cum Fritzschio scribamus ἐγὼ δ' ἐπιριάμην τὰ ζορίαν' ὑπερδραμών. Quaeritur igitur, quid primum Reisignum conmoverit, ut vulgatam relinqueret. Verba hominis doctissimi p. 59 haec sunt: „quod in vulgatis exemplaribus reperitur, ὑποδραμών, pedibus in hunc modum divisis:

ἐγὼ δὲ τὰ ζορίαν' ἐπιριάμην ὑποδραμών
eo ita numeri debilitantur, ut etiam fracti quiddam et incompositi habere videantur: et talem omnino versum Aristophanem unquam vel etiam alium quemcunque comicum, qui ad Aristophanis nitorem accederet, nego fecisse.“ Idem p. 57 Ach. 78 lectione codicis B τοὺς πλεῖστα δεραμένους καταγαγεῖν καὶ πιεῖν numeros effici dixerat „indignos Aristophanis palaestra.“ Ac re vera neminem tam surdis esse puto auribus, quin his numeris offendatur. Ego quidem non potui satis mirari, Bergkium Fritzschii emendationem, qua pravissimum versum subito in elegantissimum commutatum videbam, non recepisse. At etiam magis miratus sum, Av. 1543 omnes editores solius Veneti lectionem πάντ' ἔχεις tanti fecisse, ut hunc inelegantissimum versum:

ἢν γ' ἢν σὺ παρ' ἐκείνον παραλάβῃς, πάντ' ἔχεις recipere mallent quam σὺ pronomine expulso, ceterorum vero codicum ἄπαντ' servato versum Aristophani reddere elegantissimum:

ἢν γ' ἢν παρ' ἐκείνον παραλάβῃς, ἀπαντ' ἔχεις.

Ille versus vero cum eis, qui Reisigio tantopere displicuerunt, id commune habet quod versus post tertiam arsin incisi reliqua pars ex pacone quarto et, qui hunc excipit, cretico consistit. Tales igitur versus num Aristophanes admiserit, diligentius quaerendum esse videtur.

Ac duo huius generis, quae quidem apud Meinekium extant, exempla utique emendanda sunt Vesp. 1223 ἄληθες; ὡς οὐδὲ εἰ Ιταζοῖων δέξεται et Ran. 57 ἄλλος; — ἀπλαπτι. — ξυνεγένον Κλεισθένει.

Priore loco Ravennas et Venetus consentientes tradunt:

ἄληθες; ὡς οὐδείς γε Ιταζοῖων δεδέξεται.

Hunc versum levi ultimi verbi mendo correcto:

ἄληθες; ὡς οὐδείς γε Ιταζοῖων δέξεται

nondum persanatum esse ex eis, quae supra de procelesmatico exposita sunt, appareat. Sed ne γε quidem sublato ea ratione hunc versum emendaveris, quae nihil dubitationis habeat (unde enim γε irrepsisse dices?) nec omnem difficultatem removeris. Quid enim? nonne expectas Philocleonem dicturum fuisse: ἄληθες; ὡς οὐδείς γε Ιταζοῖων δέξομαι? hoc enim quippe quod primarium sit, si quid, addendum erat. Iam si tecum reputaveris, si legeretur:

ἄληθες; ὡς οὐδείς γε Ιταζοῖων ν—

et versum optimum fore nec quicquam desideratum iri, imo responcionem tam plenam quam strictam exstituram esse, δέξεται vero verbum et versum destruere et per se molestum esse, si deinde animadverteris, quam facile hoc verbum orationis vel explicandae vel explendae causa a male sedula manu addi potuerit, non poteris quin mihi concedas, rectissime et verissime Dobracum δεδέξεται ut glossam explosisse. Nec quicquam potest esse certius, quam huius omnis loci hanc esse rationem, ut Bdelycleo filius, qui antecedunt, versibus, qui nobilissimi viri in con-

vivio praesint, Philocleoni patri exponat, cumque ut coram eis, bene cantet his verbis admoneat:

τούτοις ἔντονε τὰ συάλιτα ὅπως δέξεται καλῶς,

is vero hanc admonitionem aegre ferat et omnes Diaerios in cantando se superaturum esse glorietur. Illi enim irae indicandae optime *ἄλιθες* vocabulum inservit vid. Kock. ad Nub. 841 et ad Av. 174. *Τε* vero particula quam servandam esse iudicavimus prorsus ex more addita est cf. Plut. 901 *σὺ φιλόπολης ταῦτα χριστός;* — *ως οὐδείς γέ αἰρετο.* Non dubito igitur, quin ab omni parte tutum sit quod posuimus huius versus membrum: *ἄλιθες, ως οὐδείς γέ Αιγαῖοις νοεῖται*, cui si probabiliter adiecerimus iambicum aliquod vocabulum, omne, opinor, punctum tulerimus.

Ad versum qui sequitur *ἔγώ εἴσομαι ταῦτα διγάρῳ εἴμι* *ἔγώ Κλέοντος* Richterus haec adnotavit: „Libet synizesis exempla non ita rara apud Arist. sint, scripserim tamen *τάχ' εἴσομαι* pro *ἔγώ εἴσομαι*.“ Ni fallor, homo doctissimus sensum quendam veri rectissime hoc loco secutus est, sed acrius instandum erat. Negandum erat ullo alio loco apud Aristophanem — *ω* vocalem cum *ει* — diphthongo ita concurrere, ut illa vel cum hac coalesceret vel corriperetur. Ne apud tragicos quidem talis quam dieit synizesis invenitur nisi Soph. Phil. 585 *ἔγώ εἴμι Αἰγείδαις δυσμενής οὗτος δέ μοι*, qui locus emendandus est. Quid enim? num tu putas Sophoclem duobus deinceps versibus *Αἰγείδαις* ipso nomine appellaturum fuisse, cum priore verso pronomine uti liceret? Ego quidem non dubito quin v. 585 *Αἰγείδαις* glossa sit et Sophocles scripserit:

*ἔγώ σφιν εἴμι δυσμενής οὗτος δέ μοι
φίλος μέγιστος, οὐνεὶς Αἰγείδαις στυγεῖ.*

Itaque Richterus non debebat dubitare, quin Vesparum ille versus corruptus esset. Sed bene exegitatum est, quod reponendum duxit *τάχ' εἴσομαι*. Hoc enim quam maxime requiritur, ut Bdelycleo patri glorioso re-

spondeat, eum statim in iudicium vocatum iri. Nec quicquam huic coniecturae obiecere potes nisi iusto violentior sit. Quid vero, si quod Richtero delendum visum est *ἐγώ* pronomen ex hoc quidem versu expellendum esse concessero, eodem vero eum, qui proxime antecedit, exemplum et sic scribendum esse dixero:

τούτοις ξερὸν τὰ σολά' ὅπως δέξεται καλῶς.

ΦΙΛ. ἀληθες; ότι σύδεις γε Αἰαζοίσιν ἐγώ.

Β.Ι. τέχ' εἴσομαι· ταὶ δὴ γὰρ εἴμ' ἐγώ Κλέον.

Emendatum esse confido hunc locum, quem quibus coniecturis homines docti vexaverunt, eas enarrare me supersedere posse putavi, simulque a metrica illa difficultate liberatum.

Brevius disputare licet de Ran. 57; omnis enim huius versus deformitas non Aristophani sed Meinekio vitio danda est, qui ante *Κλεισθένει* qui traditur *τῷ* articulum sine iusta causa eiecit. Imo articulus paene necessarius est, quia Clisthenes, cuius Hercules hic mentionem initit, idem est atque is, cum quo Dionysum, cum *ἐπεβάτευον Κλεισθένει* dixisset, idem Hercules v. 49 suspicatus erat rem habuisse, hoc ipsum vero, se ad id respicere, quod antea Dionysus prodiderat, non poterat Hercules graece simplieius quam articulo *Κλεισθένει* nomini praeposito significare. Quod autem nunc *ἀπαπαι* pro *ἀπαπαι* scribendum est atque hac interiectione Vesp. 309 maesti senes utuntur, cum hoc loco Dionysus non, quod Kockius voluit, neget sed aiat, haec res ne tibi serupulum iniciat, harum interiectionum significationis admodum fluctuantis exemplum obiter adferam.

Seholiasta Venetus ad Pac. 180 haec adnotat: *διπλῆ* *ταὶ εἴσθεσις εἰς μάρψονς φεζ'*, ὁτι *τὸ τελευταῖον „ταὶ μη-* *σιώτας· δεῦρο”* *τὸ πάντες λεό.”* *Ἐτ’ ἔριντος δὲ ἀντιρράφοις* *μετὰ στίχονς νά’ έστιν κωλάφιον τόδε „τί φησι;“* *ταὶ μετ’* *ἄλλονς λι’ τόδε „η̄η η̄η.“* Parum recte Duebnerus eodem quo Dindorfius constrictus errore verbis *μετ’ ἄλλονς λι’*

uncis inclusum addidit v. 268. Hoc scholium enim ad v. 173, unde trimetri iambici exordiuntur, pertinere ut inde concludi poterat, quod scholiasta Venetus ad v. 154 anapaesticum tantum sistema, Aldinae vero scholiasta etiam septem qui secuntur iambicos trimetros descripserat, ita luculentissime inde appareret, quod si numero 172 addis numerum $\varrho\zeta\varsigma'$ numerum 298 efficis i. e. eius versus numerum, qui ultimus est ex his iambieis, $\tau\alpha\iota\mu\tau\sigma\iota\omega\tau\alpha\varsigma' \delta\varepsilon\bar{\nu}\bar{\sigma}'$ $\tau\iota' \bar{\omega} \pi\acute{a}n\tau\epsilon\varsigma \lambda\epsilon\omega$. Ex his quae exposui scholiastam Venetum si interpretatus eris, intelleges eum testari, antiquo aliquo tempore in codicibus quibusdam post v. 223 extitisse $\tau\omega\lambda\acute{a}g\iota\omega\tau$ $\tau\theta\delta\epsilon$ „ $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma\iota$ “, post v. 261 $\tau\theta\delta\epsilon$ „ $\iota\bar{\nu}\bar{\iota}$ $\bar{\iota}\bar{\nu}\bar{\iota}$ “. Iam quod priore loco sese invenisse tradit, dummodo $\varphi\gamma\varsigma\iota$ in $\varphi\gamma\varsigma$ mutemus, optime quadrat in Aristophanis verba. Similiter enim extra versum $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma$; interrogatori prae- missum est Nub. 235 $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma$; $\bar{\iota} \varphi\gamma\varsigma\iota\iota\varsigma \bar{\lambda}\bar{\zeta}\bar{\varepsilon}\bar{\iota}$ $\tau\bar{\nu}\bar{\iota}$ $\bar{\iota}\bar{\zeta}\bar{\mu}\bar{\alpha}\bar{\delta}$ $\varepsilon\iota\varsigma$ $\tau\bar{\iota}$ $\bar{\zeta}\bar{\alpha}\bar{\delta}\bar{\mu}\bar{\alpha}\bar{\mu}\bar{\alpha}$; et Eq. 1346 $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma$; $\tau\bar{\nu}\bar{\iota}$ $\bar{\mu}' \bar{\varepsilon}\bar{\delta}\bar{\varrho}\bar{\omega}\bar{\nu}$, $\bar{\varepsilon}\bar{\gamma}\bar{\omega}$ $\delta\bar{\varepsilon}$ $\tau\bar{\iota}\bar{\nu}\bar{\tau}$ $\bar{o}\bar{\nu}\bar{\chi}$ $\bar{\bar{\gamma}}\bar{\sigma}\bar{\theta}\bar{\delta}\bar{\mu}\bar{\mu}\bar{\nu}$; Cum $\pi\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\o}\bar{\sigma}$ vero coniunctum legitur $\tau\iota' \lambda\bar{\zeta}\bar{\gamma}\bar{\varepsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$ $\bar{\sigma}\bar{\nu}$; vel $\tau\iota' \bar{\sigma}\bar{\nu}$ $\lambda\bar{\zeta}\bar{\gamma}\bar{\varepsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$; Vesp. 1378 $\tau\iota' \lambda\bar{\zeta}\bar{\gamma}\bar{\varepsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$ $\bar{\sigma}\bar{\nu}$; $\pi\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\o}\bar{\sigma}$ $\bar{\bar{\varepsilon}}\bar{\zeta}\bar{\o}\bar{\sigma}$; et Av. 1233 $\tau\iota' \bar{\sigma}\bar{\nu}$ $\lambda\bar{\zeta}\bar{\gamma}\bar{\varepsilon}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$; $\pi\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\o}\bar{\sigma}$ $\bar{\theta}\bar{\varepsilon}\bar{\o}\bar{\iota}\bar{\varsigma}$; IP. $\pi\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\o}\bar{\sigma}\bar{\iota}\bar{\sigma}\bar{\nu}$; $\bar{\iota}\bar{\mu}\bar{\nu}$ $\tau\bar{\iota}\bar{\varsigma}$ $\bar{\varepsilon}\bar{\bar{\nu}}$ $\bar{o}\bar{\varepsilon}\bar{\bar{\gamma}}\bar{\bar{\sigma}}\bar{\bar{\alpha}}\bar{\bar{\mu}}$ $\bar{\theta}\bar{\varepsilon}\bar{\bar{\iota}}\bar{\bar{\varsigma}}$. Cum igitur $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma$; $\varepsilon\iota\varsigma$ $\pi\bar{\iota}\bar{\iota}\bar{\o}\bar{\sigma}$; minimie ab Aristophanis dicendi usu abhorreat, idem vero tam exquisite dictum sit, ut vix videri possit ab aliena manu additum esse, non dubito quin ex ignotis illis codicibus $\tau\iota' \varphi\gamma\varsigma$; recipiendum sit. Eo minus dubitari potest, quin etiam quod de $\bar{\iota}\bar{\iota}$ $\bar{\iota}\bar{\iota}$ scholiasta tradidit ad bonum fontem redeat. Ac postquam Polemus Cydodem iussit pistillum ab Atheniensibus petere, terrore commotus Trygaeus rectissime exclamare videtur $\bar{\iota}\bar{\iota}$ $\bar{\iota}\bar{\iota}$. Quae vero hoc loco metuentis simul et dolentis, eadem interiectio v. 195 cavillantis, v. 455 adeo exultantis est.

Ut igitur ad propositum redeamus, Ran. 57 sine ulla dubitatione mecum scribes:

ἀλλ' ἀνδρός; — ἀπαπαι. — ξυνεγένουν τῷ Κλεισθένει.

His duobus erat quo tempore aliud exemplum adici

posse opinabar, Ran. 83, qui versus apud Meinekium sic scriptus est:

Ἄγαθος δέ πον ὁθεῖτο: — ὅπον στίτητο μὲν οὐχεται,

in codicibus vero sic:

Ἄγαθος δέ πον στίτητο: — ἀπολιπόντων μὲν οὐχεται.

Nam spes erat fore ut ante οὐχεται una syllaba ad-dita optima versus species restitueretur. Sed quod ex Suida s. v. *Ἄγαθον* Dindorfius Kockius Bergkius reepe-runt *ἀπολιπόντων μὲν ἀποίχεται*, parum Aristophaneum esse nemo negabit, qui quidem sciat, Vesp. 1261, quo solo loco legebatur, recte Bergkium scripsisse ὅστε ἀφείς σ' ἀπέργεται. Contra *ἀπολιπόντων μὲν οὐχεται* rectissime dic-tum est; nec facile monosyllabum, quod quamvis super-fluum sine detimento interponi possit, invenies. Hac de causa nunc mihi persuasum est, hanc versus partem inta-ctam relinquendam esse. Priori vero parti *Ἄγαθος δέ πον στίτητο: augendae et Meinekius et Cobetus*¹⁾ ita consulue-runt, ut dubius haecreas, utrum quod Meinekius voluit, praeferas an quod Cobeto placuit:

Ἄγαθος δέ πον πότε στίτητο: — ἀπολιπόντων μὲν οὐχεται.

Quamquam utraque emendatio corrueret, si vere Reisigius²⁾ dixisset, in fine enuntiatorum interrogativo-rum Aristophanem noluisse στίτητο copulae ultimam elidi. Fatendum enim est, eum plus quinquaginta versibus haec lex observata sit quinque tantum ei repugnare, hos dico:

Ach. 178 *τι δ' εστι: — ἐγώ μὲν δεῦρο σοι παρθάνεις φέρων*

Nub. 214 *ἄλλος δέ τετελέσθαις πον σθεῖτο: — ὅπον στίτητο: αἴτιος.*

Pae. 187 *μετέρος δέ σοι τίς εστι: — ξυστοί: μαρώτατος.*
Av. 90 *μὴ μή οὐκέτε γάρ εστι: — ἀπέπτατο.*

1) Mnem. II. p. 213.

2) Diar. Jen. a. 1817. nr. 223.

Ran. 1220 *Εὐριπίδη* — τί ἔσθ; — ὁρέσθαι μοι
δοκεῖ¹⁾.

Sic enim Meinekius hos locos scripsit. At clamas, cum codicibus in hac quaestione diiudicanda nihil tribendum sit, eodem iure ubique ἔστιν vel ὅστις quo ἔστιν et ὕσθι scribi posse. Sed videoas, quaeso, ne si hoc volueris etiam majoribus angustiis premaris. Effecturus enim es, ut singulæ theses in duas partes ita dissecentur, ut una ad unius, altera ad alterius personæ verba pertineat; quod non video quibus aliis exemplis tueri possis quam his:

Ach. 800 αὐτὸς δ' ἐρώτη. — χοῖρε χοῖρε. — οὐτοῦ —

Pae. 195 ἵτι περ γάλεσόν μοι τὸν ίπ. — ιὴ ιὴ ιἴ.

Ach. 912 φάρος πολέμα ταῦτα. — τί δαὶ ταῦτα
ταῦτα —

Nub. 1192 ἵτα δι' τί τὴν ἔρην προσέγραψεν. — τὴν
οὖ μέλε —

Ex his vero exemplis tertium et quartum emendata sunt in editione Meinekiana, ubi rectissime priore loco τί δὲ, altero προσέγραψε legitur (cf. Vesp. 793 δὲ τί πρὸς ταῦτα εἶπεν; — δέ, τι, ubi non vereor, ne cum Reisiglio scribas εἶπε, τί?); reliqua duo autem nihil valent quia interiectionum singularis ratio est. Multo vero etiam minus in auxilium vocare poteris, quod Nub. 664 in Hermanniana Kockiana Meinekiana legitur:

πῶς δι'; γέρε. — οὐτος; ἀλεξτρων γάλεξτρων.

Nam non solum haec scriptura soli Hermanni ingenio debetur, verum etiam non magis Aristophanea esse videatur quam codicum πῶς δι'; γέρε. — οὐτος; ἀλεξτρων γάλεξτρων. Ego certe nusquam in his undecim fabulis γέρε vocabulum interrogationi postpositum inveni; qua de causa ego Aristophanem scripsisse suspicor:

1) Consulto omisi Pae. 41 τοῦ γάρ ἔστιν; — οὐκέτις διώκεις, quia hunc versum sanum esse nondum mihi persuasum est, atque Ran. 1077 et Thesm. 498, non quod Reisiglius eos emendaverit, sed quia hi fortasse rhetoricae interrogationis speciem excusare possunt.

πῶς δι'; φέρε πῶς; — ἀλεξτρον καλεστρονόν.

Cum igitur qui quinque illis locis *ἐστίν* vel *'στιν* scripserunt, omni exemplorum ope destituti sint¹⁾, nos vero, qui *ξστ'* et *'σθ'* scribendum ducimus, eos locos in partes vocare possimus, ubi aliorum vocabulorum ultimae syllabae in fine interrogativorum enuntiatorum elisae sunt, ut Plut. 132 *τις οὖν δὲ παρέχων ἐστίν αὐτῷ τοῦ θεοῦ;* — δοῦ, concedendum est, Reisigium non detexisse, quam legem Aristophanes sibi ipse scripserit, sed invito imposuisse. Ne vero mireris, non plures esse locos, ubi *ἐστίν* copulae ultima elisa sit, id ipsum reputa etiam in aliis vocabulis per omnes Aristophanis fabulas ad summum vicies factum esse.

1) Noli desiderare Vesp. 1369 *τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; — ποταρ αὐλητρόδα;* quem versum corruptum esse non tam huius elegantiae legis violatio arguit quam *ποταρ* pronominis interrogativi prioris syllabae correptio. quae ex quo Aesch. Suppl. 911 pro *ξ* *ποτον* *φρονήμαος* legitur *ξ τίνος φρ.* omni exemplorum similitudine destituta est. Quomodo emendandus sit hic versus, dubitari potest: sed quin et quod Florens Christianus (*πῶς; αὐλητρόδα;*) et quod Meinekius scribendum proposuit (*τὴν αὐλητρόδα;*), ab Aristophanis consuetudine abhorreat, non poterit dubitari. Mihi videtur inde proficiscendum esse, quod in hoc versu nihil est, quod reprehendi possit, abici vero salva sententia unum potest *αὐλητρόδα* verbum, quod idem facile ex proximis repetitum vel ad interpretandum adscriptum esse posse quivis concedet. Iam enim sine temeritatis vitio hoc vocabulo expulso hanc versus partem ut prorsus firmam ac tutam statuere:

τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; — Ποταρ — ν —

et reliquam partem quolibet cretico vel dactylico vocabulo explere possumus. Atque ego quidem suspicor adlocutionem interiisse quales hae sunt: *ἀλεθόει. φίσυρε. ω̄ φθόρει. ω̄ μέλει. ω̄ τάλαντοι.* ita ut e. gr. totus versus scribendus sit:

τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; — ποταρ, ωλεθόει;
cf. *τι δέ; οὐχὶ πειθαρχεῖν. με τοῖς νόμοισι δεῖ;* — *ποίοισιν, ωδίστηντε;* — *τοῖς δεδογμένοις.*

Nullus igitur dubito, quin Aristophanes vel quod Cobetus vel quod Meinekius coniecit, re vera scripserit. Itaque iam deprehendimus unum sat certum eius versuum generis exemplum, quod Reisigii et nostras aures tanto-pere offendit. Sed etiam certiora haec accedunt:

Ach. 538 οὐκ ἡθέλομεν δ' ἴμεῖς δεομένων πολλάκις

ib. 1022 τί δ' ἔπιαθες: -- ἐπειρίβην ἀπολέσας τῷ βόε

Eq. 113 φέρε ννν ἐγὼ ματῷ προσαγάγω τὸν χόαι

ib. 1374 ποῦ δῆτα Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων

Pac. 439 μὰ Ιτᾶ ἀλλὲν εἰρήνῃ διαγαγεῖν τὸν βίον

Av. 1290 ὠρνιθομάνονν δ' οὖτος περιφανῶς ὅστε καὶ

ib. 1401 χαρίεντά γ' ὁ πρεσβύτερος ἐσοφίσω καὶ σοφά

ib. 1406 Λεωτροφίδης χορὸν πετομένων ὁρνέων

Eecl. 543 οὐζοντος λαβεῖν γ' αὐτὰς ἐδυνάμην οὐδαμοῦ

Plut. 664 ἤσαν δέ τινες καλλοι δεόμενοι τοῦ Θεοῦ¹⁾

ib. 720 καὶ σχίνον εἴτ' ὅξει δίεμενος σφῆττιψ.

Haec duodecim exempla docent, ab Aristophanis certe metrika arte non iam posse improbari, quos emendandos esse supra nobis persuasum erat, Equitum illum, unde exorsi sumus et Avium versum. Atque hoc quidem loco cum sola aurium offensione commoti σύ expellendum esse censuerimus, has vero pro Aristophane nimis subtiles fuisse intellectum sit²⁾), restituendum erit quod vulgo legebatur:

1) Hunc versum Carioni continuandum esse existimo.

2) Omnino experientia iterum atque iterum me docuit, Aristophanem in versibus pangendis non eam diligentiam posuisse quam suspiceris, nobisque cavendum esse, ne quod auribus nostris displi-

ἢ γ' ἢ σὲ περ' ἔχειν ταραχήσ. πάρτ' ἔχεις
 idque eo magis faciendum erit, quod πάρτ' ἔχειν fere
 formula fuisse neque unquam pro πάρτ' ἔχεις dictum esse
 videtur ἄλλατ' ἔχεις cf. Kock. ad. Av. 1352. 1460. In
 Equitibus vero si etiam nunc, ad quam sero redimus,
 Fritzschii coniecturam tueri volueris, demonstrandum erit,
 ἐποδομέων ferri non posse vel certe ἐπεζδημών vel quod
 Reisigius maluit ἐπεζδημών longe praestare. Nam ei rei
 soli, quod Ravennas quamvis optimus codex ἐπεζδημών
 exhibit, non ita multum tribuendum esse inde intellegitur,
 quod v. 742 Parisini codices A et C et ipsi aperte corrupti
 pro ἐποδομών praebent ἐπεζδημών. Sed neque in Reisigii
 neque in Fritzschii lectione nihil est, in quo offendamus.
 In ἐπεζδημών enim aegre desideratur obiectum quale
 ἄλλατα, ἐπεζδημών vero evitandi notionem continet quae
 hue minime quadrat. Contra optime dictum est τὰ ζο-
 γίαρρ' ἐπιφάνηρ ἐποδομών. Υπορρέχεται enim in vulgus
 notum est de eo dici, qui alius benevolentiam officiis
 captet. Atqui insiciarius in eo erat, ut praeclaro dono
 senatores sibi conciliaret. Quid igitur obstat, quominus
 narret ἐγώ δὲ τὰ ζογίαρρ' ἐπιφάνηρ ἐποδομών ἄλλατα

ceat et apud ipsum poetam bis terve tantum recurrat, ab eo alienum
 atque hos locos emendandos esse censeamus. Quod cum latius pa-
 teat uno exemplo probare libet.

G. Hermannus ad Nub. 816 (817 Mein.) οὐκ εὖ γροτεῖς μὰ
 τὸν Αἴτιον τὸν θύμων observavit. Αἴτιον non inveniri sic positum, ut
 ultima in ietu sit nisi Lys. 24 ζεῖται τὴν θύμων, quem tamen versum
 de vitio suspectum habet. Neque iniuria hunc versum ut spurium
 seclusisse videtur Meinekius. Sed Hermannus recte fecit, quod in
 Nubibus nihil mutavit, cum Meinekius et qui eum secutus est Koc-
 kius scripserint: μὰ τὸν Αἴτιον οὐκ εὖ τὸν θύμων, quam scripturam quo-
 modo eis quae ad v. 1066 aduluit, exemplis defendat Kockius ipse
 viderit. Οὐκ μὰ τὸν Αἴτιον οὐκ εὖ γροτεῖς graece dici potest, οὐ μὰ
 τὸν Αἴτιον οὐκ τὸν θύμων quamvis probatum Meinekio tamen soloe-
 cum est.

*ντλ.?*¹⁾ Res vero simplicissima haec est. Insiciarius postquam cum senatoribus (qui enim cupidissimorum gressus superare potuerit?) in forum venit, sed dum hi in piscicullos irruunt condimenta omnia coemit; atque haec deinde senatoribus liberalissime donat.

Aliis locis Venetus hominibus doctissimis fraudi fuit. Vesp. 247 cum omnes praeter Venetum codices *λαθόρ τις* exhibeant, is vero *λίθος τις*, Hermannus Bergkius Richterius Meinekius seripserunt:

μή πον λίθος τις ἐμποδὼν ἡμᾶς πεζόν τι δράσῃ.

Ac fateor me ipsum primum haec sola de causa in haec scriptura offendisse, quod me mirum habebat, veram lectionem *λίθος* in ceteris codicibus in *λαθόρ* depravatam esse. Mox vero ipsa scriptura displicere coepit, quia *ἐμποδὼν* participium flagitare videbatur, quo cum subiecto coniungeretur. Iam cum *μή πον* et *ἐμποδὼν* *ἡμᾶς πεζόν τι δράσῃ* verba prorsus firma et ab omni parte tuta essent, nihil relicum erat nisi ut *λίθος τις* mutaretur. Tune demum intellexi, ceterorum codicum scripturam *λαθόρ τις* recipiendam, Veneti *λίθος τις* glossam esse. Quid enim? num si senex dicebat *μή πον λαθόρ τις ἐμποδὼν ἡμᾶς πεζόν τι δράσῃ*, haec verba aliter intelligi poterant quam de lapide in ipsa via latenti? scilicet latro non *λαθόρει* *ἐμποδὼν* sed in insidiis latet. Senem vero ludere etiam in vulgata lectione intellegitur; nam rerum natura conversa lapidem dieit se offensurum esse, cum, si quis, ipse in lapide offensurus sit. Quidni igitur ambiguitatem expleat et tamquam de homine de lapide dicat *λαθόρ τις*? Itaque Veneti *λίθος* verum quidem interpre-

1) Noli offendere in *ζέζεριζόμην* quod sequitur. v. 679 enim Ioannes Jacobus Oeri Helvetius, ex amicis meis ut ipse vult *πιραζοπότατος*. nihilominus vero de Aristophane optime meriturus, spurius esse hoc anno dissertatione quam de responsionalis apud Aristophanem ratione et generibus conscripturus est, docebit.

tamentum sed tamen interpretamentum esse et ioci bonam partem destruere iudicandum est.

Ib. v. 259 G. Hermannus cum legisset Venetum pro *βόρβορος* exhibere *βάρβαρος* Bergkio et Meinekio facile probavit scribendum esse:

ἄλλ' οἵτοι μοι μάργυρος γάρεται πατοῦτι,

Richtero non item, quem tamen non satis sibi parem habuit adversarium. Videamus quid de hae re iudicandum sit. Ac primum quidem Hermannus¹⁾ haec dicit: „Legebatur *βόρβορος*. At quomodo hic senex altero ut lutum evitaret monito *ἄλλᾳ* dicere potest? quomodo, quod gravius est, si et ipse se in luto incedere sentit, non pluisse potius quam intra quartum diem futuram esse pluviam dicere? Immo durum sibi atque arefactum solum videri dieat necesse est.“ Quod homo doctissimus primum de *ἄλλᾳ* dicit, cum ea ratione cohaeret, qua hos versus omnes inter chori senes distribuit, quam rationem omnes editores iure improbaverunt. Ac facile intellegitur, quid haec particula in codicem scriptura velit; ut enim saepe nihil significat nisi transitum fieri ex alia re in aliam, ita hoc loco chorū sese a puero ad se ipsum convertere et quasi novam sententiarum seriem incipere indicat. Similiter Plut. 61 Chremylus postquam servum reprehendit, ad Plutum conversus pergit: *ἄλλ' εἴ τι χαιρεῖς ἀρδηὸς εὐόρχον τρόποις ἐμοὶ φρέσον κτλ.* Quod vero Hermannus altero loco dixit, mirum esse senem inde, quod se in luto incedere sentiret, concludere intra quartum diem futuram esse pluviam nec potius pluisse, hoc sine dubio vere dictum est neque a Richtero impugnari debebat, qui haec satis mira adnotavit: „Senes ubi caenum vident a se calcatum, meminisse quoque dierum consentaneum est, quibus proxime pluebat. Quorum dierum numerum cum ut par est hodieque et naturae conveniens humanae,

1) De choro Vesp. p. 7.

memoria non tenerent, dicunt ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον i. e. iam quartum hunc diem. „Maxime necesse est Deum fecisse pluviam iam quartum hunc diem, scilicet: tantum ego video luti et calco“ cf. 490 πεντήζοντ' ἐτῶν, Lys. 280 οὐκέτην ἀλοντος.“ Si senes hoc dicerent, absurdissime quod scire debent conligerent ex luti altitudine — pluuisse per paucos dies proximos. Nec magis mihi probabantur, quae deinde homo doctissimus dicit: „Iam sequitur altera senum observatio: Neque cessabit pluere, quum fungos in lucernis increvisse videam. Itaque ex hac mea explicatione senes duas res exponunt, τὸν βόρβορον lutum et τοὺς μύκητας fungos; utramque coniectando et senilem in modum disserendo pluribus.“ Ego quidem mihi persuadere non possum, observationem, quae omnino non facta est, tamquam facta sit argumentis posse confirmari. Sed qui a Richtero non refutatus est Hermannus tamen erravit. Ut enim primum telis eum adgrediar eis similibus quibus ipse vulgatam impugnavit, quomodo tandem senes inde, quod solum durum atque arefactum vident, tam facile concludere possunt, intra quattuor dies fore ut pluat? Deinde vero homo doctissimus id quidem recte intellexit, enuntiatum quod est ζούντε στρατιώταις οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι ad futurum tempus referendum esse, quae autem ratio intercederet inter hoc enuntiatum et id quod antecedit eum propterea fugit, quod non satis attendebat ad ζούντε (v. 260) et γοῦν (v. 262) voculas. Ut enim haec particula significat, v. 262 causam continere, cur senes putent fore ut pluat, ita v. 260 zai docet, id quod his duobus versibus contineatur, aliquid novi et ab eo quod antecedit diversi adferre. Totius igitur loci ratio haec est. Puer sese iterum tam graviter punitum chorum lucernis extinctis in tenebris et luto relicturum esse minatur; cui senex, quae sui fiducia iudices etiam potentissimos homines condemnare consueti esse solent: „Mihi“ inquit „te etiam poten-

tiores poenas dant.“ Eodem temporis momento accidit, ut ille omnipotens in lutum ingrediatur et exclamat: „At hic mihi vadenti latus esse videtur.“ Sed animo correpto pergit de tempestate fusius agens: „Nec fieri potest, quin etiam his proximis diebus pluat; fungi certe incrementa sumunt etc.“

Iam ipsi optimorum codicium ope emendandi periculum subibimus. Primum Eq. 388 in iudicium vocemus; ubi in omnibus aliis codicibus legitur *μῆδεν ὀλίγον ποίει*, unus Ravennas exhibet *μῆδεν ἔλαττον ποίει*. Illam scripturam omnes receperunt; nam Dindorfius, qui *μῆδεν ἔλαττον ποίει* scribendum esse coniecerat, in Oxoniensi editione ceterorum exemplum sectus est. At parum recte hi omnes egisse videntur. Berglerus quidem adtulerat Thucydidis locos qui videbantur similes hos: 8,15 *καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδέν*, 2,8 *ολίγον τε ἐπερόννιον οὐδὲν αὐγότεροι*, cf. 7,59, ib. 87 *ολίγον οὐδὲν κακοπαθήσαντες*; sed differunt hi loci ab Aristophanis, quod his locis litotes agnoscenda est, qua orationis vis quam maxime augetur, hoc loco, de quo agitur, agnosci non potest. Sed multo etiam maiorem dubitationem ipsa illa optimi, ut vidimus, in hac fabula codicis Ravennatis varia lectio movet, quae interpreti quomodo deberi Dindorfio videri potuerit, ego non adsequor. Nam quamquam quae nunc leguntur *μῆδεν ἔλαττον ποίει* per se ferri nequeunt, tamen ea omnino falsa esse tum demum mihi persuaseris, si demonstraveris inter *μῆδεν* et *ἔλαττον* nihil intercidere potuisse, quo restituto et metri et sententiae integritati satisficeret. At non solum hoc non poteris demonstrare, verum etiam in hac antistropha nonnulla verba intercidisse iamdudum intellectum est. Erraverunt vero qui post *γαῦλον ὁδὸν* duos creticos intercidisse putaverunt; his enim verbis ne potest quidem quicquam addi. Quid igitur probabilius esse potest quam illam lacunam inter *μῆδεν* et *ἔλαττον* quae-

rendam esse? Qualia vero verba interciderint velut ex hoc exemplo discere potes:

μηδέν ὡν ἀρτίως νῦν ζῆταν ποιεῖ.

Scilicet chorus videtur insiciarium admonuisse, ne a proposito desisteret neve inimicum animum remitteret.

Ran. 263 *οὐδὲ μὴν ἡμᾶς σὺ πάντως* simulac legi, in *ἡμᾶς σὺ* verborum conlocatione offendit, quorum alterum quamvis maiore vi praeditum priori non antecedere non poteram satis mirari. Sed mox etiam γε desideravi, quo *σὺ* pronomen *ἡμᾶς* pronomini oppositum efferretur. Quaesivi igitur, num quid auxiliī loco haud dubie corrupto ex codicibus peti posset. Atque inveni in Ravennate γε legi supra scripto *σὺ* pronomine. Itaque non dubitavi primum *σύ* γε restituere, deinde ut etiam conlocatio horum verborum corrigeretur, inverso ordine *σύ γέ ἡμᾶς* scribere. Quo facto nihil reliquum erat, nisi ut *πάντως* vocabulo transposito scriberetur:

οὐδὲ μὴν πάντως σύ γέ ἡμᾶς,

quae verba quin ipsius Aristophanis fuerint non dubito. Nec vereor, ne Bergkius huic scripturae eam, quam ipse non tam recipiendam proposuit quam ut aliquando in codice aliquo inveniretur, optavit: *ἄλλὰ μὴν ἡμεῖς σε πάντως* praepositurus sit.

Plut. 258 vulgo legebatur:

ώς εἰνός ἐστιν ὁσθεντὶς γέροντας ὄντας ὕδη.

Meinekius haud dubie nulla alia de causa quam quod *ὕδη* participium requirit, quo cum substantivo coniungatur, scripsit:

ώς εἰνός ἐστιν ἀσθενεῖς γέροντας ὄντας ὕδη.

Haec emendatio eo sese commendat, quod quae in *γέροντας* ὄντας verbis auditur *παρήγησις* Aristophani in deliciis fuisse videtur, vid. Ach. 222 *γέροντας* ὄντας, Eq. 533 *ἄλλὰ γέροντος ὅν τε φιλέρχει*, Vesp. 278 *τὸ σφυρόν γέροντος* ὄντας, ib. 1384 *ἴδη γέροντος ὅν*, Av. 1256 *οὗτος γέροντος ὅν*, Eel. 323 *ὅτι γέροντος ὅν ἴγέμην γυναιχ'*, qua occa-

sione data non possum quin notem Bergkii errorem, qui Vesp. 1192 quia Venetus exhibit ὥδη γέρων ὅν πολιός ὅν pro ὥδη γέρων ὅν καὶ πολιός „fortasse“ scribendum esse suspicatus est ὥδη γέρων καὶ πολιός ὅν, quod Aristophanem scripsisse nego. Sed talia ut tenebimus, ubi in codicibus tradita sunt, ita eavendum est, ne ipsi ultro inferamus. Nam hoc quam periculosum sit ex Cobeti et Meinekii in eodem genere communi errore intellegitur, quo Eq. 270 pro:

ὅσπερεὶ γέροντας ἵμας καὶ νοθαλικεύεται
scripserunt:

ὅσπερεὶ γέροντας ὄντας καὶ νοθαλικεύεται,
a codicibus eo adiuti, quod in Ravennate ἵμας omissum est. Cuius emendationis qui auctor fuit Cobetus Mnem. IV. p. 133 postquam Ach. 221, ubi Ravennas exhibit μηδέπερ γέροντας ἐξεγεγόντες Αζαγρέας cum hoc loco contulit, sic pergit: „Idem utrobique vitium est, eodem modo natum et tollendum quoque: nempe ut hic apud omnes recte scribitur μηδέπερ γέροντας ὄντας !), sic illie scribendum ὅσπερεὶ γέροντας ὄντας. Qui codicem Venetum scripsit, de suo ἵμας interpolavit, ut passim Aristophanem levibus coniecturis suo arbitrio refinxit.“ Ex eis quae supra exposuimus eluceat hanc notam in deteriorum potius codicum, qui et ipsi ἵμας praebent, archetypum quam in Veneti librarium cadere, illum autem interpolatum esse non negamus. At Cobetus neque ἵμας ferri non posse neque ὄντας requiri ullo modo demonstravit; nam eorum, de quibus in proximis egit locorum (Nicostr. ap. Ath. III, 118 E, ubi recte scripsisse videtur κατεσθίοντες ὄντες δώδεκα, Hermipp. ap. Ath. VIII. 344 D εἰν ὄντα, Arist. Vesp. 693 δι' ὄντες) longe

1) Fritzschius ad Thesm. 683 maluit μηδέπερ γέροντας ἄνθρας, quod ipse viderit, quomodo defendat; mihi videtur μηδέπερ particula ὄντα participium requirere.

diversam esse rationem nemo non intellegit. Sed haec emendatio non solum non necessaria esse videtur, verum etiam aperte falsa est. Eadem enim omnium quieunque hue pertinent locorum congeries, in qua nituntur, quae supra de ὕσπερ particulae usu disputavimus, etiam hoc me docuit, Aristophanem substantivo cum ὕσπερ coniuncto ὥν participium adiungere noluisse, sed ὕσπερ cum nudo maluisse coniungere substantivo. Sed ut huic conjecturae lex quam ipse poeta sibi scripsit, ita Meinekii, a qua exorsi sumus, alia lex obstat, quam tu, si in Aristophane criticum agere volueris, bene ages si ubique observabis. Cum enim in Aristophanis dicendi usu dici nequeat quanta sit constantia, non solum cavendum est, ne, quod ab usu poetae abhorreat, vel a codicibus traditum teneamus vel ultro recipiamus, verum etiam, ne, quod ei egregie conveniat, levi animo removeamus. Atqui ἀνίο vocabuli cum γέρων coniunctio apud Aristophanem usitissima est, vid. ἀνίο γέρων Ran. 139. Plut. 658, γέροντας ἄνδρας Ach. 679, γέροντες ἄνδρες Plut. 628, γέρων ἀνίο ib. 1066. Ergo γέροντας ἄνδρας tuebimur. Circumspicienti vero quo alio vocabulo extruso ὄντας in hunc versum reduci possit, sua sponte ἐστιν occurrit, quod apud εἰνός fere omittitur, et hoc loco in Ravennate frustra quaeritur. Itaque vix dubitari potest, quin Aristophanes scripserit:

ώς εἰνός ὄντας ἀσθενεῖς γέροντας ἄνδρας ἥδη. —

Eadem emendandi via ingredienda est Plut. 1122, ubi vulgo legitur:

ἰσχάδας, ὅσ' εἰνός ἐστιν Ἐρμῆν ἐσθίειν.

Apparet enim enuntiatum quod est ὅσ' εἰνός ἐστιν Ἐρμῆν ἐσθίειν a poeta ideo adiectum esse, ut omnia quaecunque reliqua essent breviter comprehendenderentur. In talibus vero comprehensionibus quid usus Aristophanis postulet, ex his exemplis disci potest: Plut. 626 καὶ τἄλλ' ὅσ' ἐστιν ἔνδον ηὐτοεπισμένα, Eccl. 598 τὴν γῆν πρώτιστα ποιήσω κοινὴν πάντων καὶ τάγμοικων καὶ τἄλλ' δπόσ'

ἐστιν ἐπάστροφ, Pac. 596 ὅστε σὲ τὰ τ' ἀμπέλια καὶ τὰ νέα συνίδαι τἄλλα θ' ὁπόσ' ἐστὶ γετὰ προσγελάσεται. Non dubito igitur quin illo Pluti loco ἐστιν electo scriben-dum sit :

ἰσχάδια τἄλλα θ' ὅσ' εἰνὸς Ἐριῆν ἐσθίειν.

Cuius scripturae vestigia insunt in Ravennatis lectione *ἰσχάδας θ' ὅς εἰνός*.

I N D E X.

Arist. Ach.	178	.	.	p. 26.	Arist. Vesp.	1369	.	.	p. 28.
— 221	.	.	.	p. 36.	— 1490	.	.	p. 17.	
— 912	.	.	.	p. 27.	Pac.	187	.	.	p. 26.
Eq.	177	.	.	p. 15.	— 223	.	.	p. 25.	
— 270	.	.	.	p. 36.	— 261	.	.	p. 25.	
— 346	.	.	.	p. 2.	Av.	90	.	.	p. 26.
— 388	.	.	.	p. 34.	— 1543	.	.	p. 21. 30.	
— 517	.	.	.	p. 3.	Ran.	57	.	.	p. 24.
— 676	.	.	.	p. 17.	— 83	.	.	p. 26.	
— 679	.	.	.	p. 31.	— 263	.	.	p. 35.	
— 711	.	.	.	p. 13.	— 513	.	.	p. 17.	
— 741	.	.	.	p. 16.	— 757	.	.	p. 6.	
Nub.	214	.	.	p. 26.	— 1220	.	.	p. 27.	
— 664	.	.	.	p. 27.	— 1397	.	.	p. 17.	
— 817	.	.	.	p. 30.	Plut.	50	.	.	p. 11.
— 1192	.	.	.	p. 27.	— 258	.	.	p. 35.	
— 1198	.	.	.	p. 4.	— 339	.	.	p. 16.	
Vesp.	155	.	.	p. 6.	— 422	.	.	p. 4.	
— 247	.	.	.	p. 31.	— 664	.	.	p. 29.	
— 259	.	.	.	p. 32.	— 1122	.	.	p. 37.	
— 694	.	.	.	p. 17.	Soph. Phil.	585	.	.	p. 23.
— 1192	.	.	.	p. 36.	O. R.	403	.	.	p. 3.
— 1223.	4.	.	.	p. 22.					


Eduardus Henricus Albertus de Bamberg de vita sua.


Natus sum Rudolphopoli Prid. Non. Mai. a. h. s. XXXXIII patre Gunthero, qui paruae civitatis res ecclesiasticas et scholasticas eadem religione administrat qua magnae familiae saluti consultit, matre Thecla de gente Hoercheriana, quam ante hos octo annos tam praecepit quam praematura morte nobis erexit esse etiam nunc dolemus, postquam contigit, ut gemina eius soror vidua patri in coniugio, nobis liberis in matris locum succederet familiaque modo orba subito laetissimum incrementum sumeret. Christianis adscriptus sum quos dicunt evangelicis In Fridericianum patriae urbis gymnasium inlustre a Carolo Guilelmo Muellero rectore acerrimo receptus institutione fructus sum clarissimorum hominum, Rudolphi Hercheri, quem Berolinensium, Samuelis Obbarii, quem mortis invidia nobis eripuit, Ernesti Klussmanni praceptoris optime de me meriti. In hoc gymnasio ut litterarum amor natus est, ita in regno Rudolphopolitano rei publicae gerendae odium. Itaque desciscere a maiorum more et quam adamaveram philologiae studere constitui. Sapientissimorum vero patris amicorum consilio saluberrime factum est, ut primum Gottingam me conferrem. Nam Curtii Leutschii Sauppii benevolentia me statim ab initio primum pro seminarii, deinde seminarii extraordinarium, postremo sodalem ordinarium esse voluit, ita ut per omne quod

Gottingae degebam tempus studia mea severa disciplina regerentur. Prodocentes vero audivi praeter hos tres homines doctissimos Bertheavum Conzium Lotzium Ritterum Vischerum Waitzium Wieselerum. Deinde Bonnam migravi, ubi me advenam Otto Lahnius et Fridericus Ritschelius statim in seminarium regium philologicum receperunt parique benevolentia per annum et dimidium viribus meis exercendis operam dederunt. Eorundem hominum doctissimorum Gildemeisteri Schaeferi Schopeni Troschelii scholis, epigraphicis insuper quas Ritschelius moderari solet exrecitationibus interfui. Horum hominum, quibus debebo quicquid praestitero, sempiterna apud me erit memoria.

Sententiae controversae.

- I. Cic. pr. Sull. XI, 33 scribendum est: quinque hominibus comprehensis atque confectis.
 - II. Ex Dicaearchi Vitae Graeciae libro altero Sesonchosidem expellere Carolus Muellerus frustra conatus est.
 - III. Med. 267 Euripides scripsit δράσω τάδ'.
IV. Hor. Carm. I, 7,1—14 quae leguntur ab Horatio aliena sunt.
 - V. Apud Luciani editores codex Parisinus 2954 (M), qui quamquam saeculo XIII. exaratus tamen etiam Vindobonensis Philos. Philol. 123 (B) X. sacculi codicis virtutem saepe superat, nondum ea qua dignus est auctoritate fruitur.
 - VI. Ovidii Tristium primi libri elegia quae fertur quinta ex duabus integris elegiis forte fortuna coniunctis consistit.
 - VII. Plat. Rep. VIII. q. 559 B legendum est ἡ μέν γέ πον τοῦ σίτου ζατ' ἀμφότερα ἀγαγαῖα ἢ τε ὠφέλιμος ἢ τε παῦσαι οὐδὲ δινατή.
 - VIII. A comitiis tributis patricii lege nunquam exclusi fuerunt; sed cum quotiescumque tribuni tribus convocabant, patricii sequi dedignarentur, quae omnis populi esse debebant comitia, concilia facta sunt plebis propria.
 - VIII. Errant qui Germani malunt quam Borussi vocari.
-







PA
3879
B34

Bamberg, Albert von
De Ravennate et Veneto
Aristophanis codicibus

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

